



**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,  
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,  
& hostium veteris Ecclesię: singulari iudicio, & pio studio,  
ex Eusebio Cæsariensi ...**

**Eusebius <Caesariensis>**

**Haer. Chr. Egen., 1571**

**VD16 E 4284**

80. De Gregorio Nazianzeno Episcopo, qui multa verbis, plura tamen  
exemplis docuit. Capite eodem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

**Q**ui Athenis eruditi per annos tredecim in monasterijs, omnibus Græcorum secularium libris remotis, solis diuinæ scripturæ voluminibus operam dabant, eorumq; intelligentiam non ex propria præsumptione, sed ex maiorum scriptis & auctoritate sequebantur, quos & ipsos ex Apostolica successione intelligendi regulam suscepisse constabat, Ibidem.

*Doctrina clarus, magna & pietate verendus*

*Gregorius quondam Basiliusq; fuit.*

*Annis hi multis diuina volumina Athenis*

*Edocti magna sedulitate legunt.*

*Non propria enarrant ratione volumina sacra,*

*Nil ratio, Domino quod placet, ipsa docet.*

*Sed veterū ex scriptis sua quos constabat ab ipsis*

*Dogmata Apostolicis perdidicisse viris.*

80. DE GREGORIO NAZIANZENO Episcopo, qui multa verbis, plura tamen exemplis docuit. Capite eodem.

**N**emo vidit ab eo aliquid discipulis imperari, quod non prius ipse fecisset.

*Discipulos iussit nil quod non fecerit ipse,*

*Gregorius magna vir pietate suos.*

*Gregorio hoc gaudent venerando presule ciues*

*Bizanti, quoniam quæ docet illa facit.*

81. Re-

*Handwritten note:*  
Hic non Dominus  
16610